



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi  
Archiepiscopi Pragensis**

**Balbín, Bohuslav**

**Pragæ, 1664**

Notæ in Caput VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42763**

*nomen materna Pietas ejus in tantum commovetur, quod nullatenus se  
spectus B. valet cohibere, quin benignis ejus precibus accinetur. Habes S. Virginis  
Virginis eauffa spiri-  
eualis Vita.  
C. 102. Psalterii  
B. V.*

doctrinam Arnesti exemplo probatam. Huc ipse in quodam  
loco Marialis libri VEN. Arnestus respexisse videtur (etsi occul-  
tius, quippe eum librum dissimulato suo nomine vulgavit) si aspe-  
ctus reguli, sive basilisci, tantam habet virtutem malitiae, ut interficiat  
hominem, cur non dicam Beatissima Virginis oculos tantæ esse virtutis,  
& gratia, ut suo aspectu vivificet animam, vel ad vitam resusciti-  
tet hominem? ideo toties nos miseri & exules ad ipsam suspiramus  
gementes & flentes, atq; dicentes: Eja ergo advocata nostra illos tuos  
misericordes oculos ad nos converte! Hæc Arnestus.

## Notæ in Caput VIII.

**P**lacet oblectandi Lectoris gratiâ, ut alias à me factum memi-  
ni, hasce Arnesti Lacrymas carmine imitari. Si quis hoc stu-  
diorum genere non magnopere tenetur, vertat pagellam.

Lacrymæ Arnesti pueri, cùm  
ab eo vultum Imago Beatissimæ Virgi-  
nis Glacii averteret, JESU LOridente,  
& vultum ab Ernesto pueru nu-  
squam avertente.

*Judicis vul-  
tus reo terri-  
bilis,*

**Q**Vid merui & quo, non auditus, crimine damnor?  
Ah dubium quali plectitur ore scelus!  
Cùm damnat nocuos, torvum Censura tuetur,  
Et pœna partem lumina torva gerunt;

78